Q. F. F. I. D. T. O. M.

Ex Decreto

Magnifici JCtorum Argentoratenſium Ordinis

Inauguralem

De

FIDE RECIPROCA CONIVGALI DOMINI CUM VASALLO, ET PROTECTORIS CUM CLIENTE

Pro

LICENTIA

Summos in Utroque Jure honores capeſſendi

Ad diem II. *Decembris*

Eruditorum publicæ cenſuræ

ſolenniter ſiſto

CHRISTIAN FRIDERICH REICHHELM

Saxo-Hallenſ.

ARGENTORATI,

Literis GEORGII ANDREÆ DOLHOPFFII,

Imprimebat JOHANNES Schüt.

Anno M. DC. LXVII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

38.50

REVERENDISSIMUM,
SERENISSIMUM AC ILLUSTRISSIMUM PRINCIPEM ET DOMINUM, DOMINUM

AUGUSTUM

POSTULATUM ADMINISTRATOREM PRIMATUS ET ARCHI-EPISCOPATUS MAGDEBURGENSIS, DUCEM SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ ET BERG, LANDGRAFIUM THURINGIÆ, MARGGRAFIUM MISNIÆ UT ET UTRIUSQ; LUSATIÆ, COMITEM IN MARCA, BARBY ET RAVENSBERG, DOMINUM IN RAVENSTEIN, &c.

DOMINUM MEUM CLEMENTISSIMUM

Inaugurali hâc

ut aquila Oculo irretorto S O L E M

Humillimè intueor.

Subjectiſſimus

AUTOR.

I. N. I.

PRÆFAMEN.

ABdidit mons ille (Veſuvius) ſub viridi ſuo pallio æſtum & ſiccitatem interiorum ſuorum viſcerum & mare; nihil ſuſpicatum mali fœdus cum eo initt eumque ſtrinxit undarum ſuarum brachiis nullâ habita ratione illius, quæ inter ambas iſtas naturas intercedit contrarietatis. Verùm doloſus ille mons Siniſtram ſuam intentionem preſſit in pectore donec fumus indicia quadam proderet eorum quæ intus ille molitetur. Crevit inter utrumque communicatio per ſecretas & occultas quasdam vias, nec capere potuit vicinum mare fictum illum amicum munimenta adverſus ſe erigere, & ſubterraneos cum diverſis metallis ſulphureis inſtruere cuniculos; donec ijs jam perfectis (quod hâc noſtrâ ætate contigit) ignem admoverit. In ſupremo montis cacumine hiatus ingens & profundus ſe aperuit, unde flammæ erumpebant, quæ ſub initium non niſi ſtricturæ quædam lucidiores aut ignes feſtivi artificiales videbantur; at paucis poſt horis funeſta fuêre prodigia. Contremuit ſæpius Vaſtum illud corpus tantæ molis ac ponderis & inter horrenda tonitrua incenſas evomuit liqueſcentium metallorum indigeſtas materias quæ in illius fervebant ſtomacho, & per montis Declivia ad inſtar torrentium igneorum, in circumjacentes agros ſeſe effuderunt, donec in ipſum mare delaberentur, quod tam inopinâ hoſtilitate ſtupefactum, ad ipſum centrum cum aquis ſuis ſe recepit, ſeu metu aliquo factum id fuerit ſeu aſtu, ad cogendas undas quibus ſe tueretur: ruptis namque antiqui fœderis vinculis, neceſſe erat ut ad defenſionem ſuam ſe compararet. Pugnârunt inter ſe ambo elementa, non ſine trepidatione ipſius Naturæ metuentis, ne pulcherrima hæc rerum fabrica conflagrâret. Tales ſemper habebunt effectus omnia ſimilia fœdera, &c.

INgenioſum infidelium fœderum Emblema Didaci à Saavedra *Symb. polit. 93.* Si recludantur Tyrannorum mentes, laniatus &

pactis & receſſibus verborum contorſiones fovent (& ita cum Sirene ſe ſupernè gerunt formoſum hominem, infra abjectæ formæ piſcem) Sanctiſſimiq; fœderis validitatem prætensâ utilitate Reipubl. metiuntur, Concertantes ejusmodi qualitates tanquam in Veſuvio dubio procul abundè poſſent aſpici. Sed oderint alij cum pactis ludere formidine pœnæ; bonos regit amor Virtutis fidei & Fidelitatis. De iſta fidelitate reciprocâ Conjugali nunc mihi ſermo eſto! Reciprocam dico per text. 2. *feud. 6.* ubi: *Dominus quoque in his omnibus vicem fideli ſuo gerere debet; quod ſi non fecerit meritò cenſebitur malefidus.* Quod autem Conjugalem dixerim; movet text. 2. *feud.* 58. *pr.* ubi vaſallus certo, licet obſcurè quodam modo, Domini Conjux appellatur:) §. *Dominum autem feudi dare poſſe intelligitur omni ære alieno deducto. Non enim æquum eſt quem videre egentem, quem prius habuit in conjugem, vel amicum.* Quæ verba obſcura commodè ex toto contextu hoc modo explicantur: Feudum de Camera, (quod in certo reditu ex ærario vel fiſco Domini ob ſervitia cuidam conſtituitur) & feudum de Cavena (quod in Vino, frumento &c. ex cellâ, horreo, Domini, conſtituitur.) Dominus non debet cuidam dare, ſi, (juxta *pr.*) nihil ſit in camera &c. ita ut expectandum &c. vel ſi adhuc in ſit æs alienum, quod alius fortè anterior Vaſallus vel alius amicus fortè ex mutuo, petere poſſent, id quod deducendum novo vaſallo, id eſt illis exſolvendum: Non enim æquum quod Dominus videat egentem eum qui prius ejus Conjux vel amicus fuit. Illuſtrabo hæc per alium Caſum: Sempronius Vaſallus factis meliorationibus præſcriptione perdit feudum, vel cedit id Domino ſponte; vel fit monachus vid. 2. *feud.* 26. §. 30. (utut de hodiernâ Conſvetudine aliud) ut ita feudum perveniat ad Dominum, Sempronio Impenſas & meliorationes præprimis extrinſecas Jure repetente: 2. *feud.* 28. §. *ſi vaſallus:* Carpz. *p.* 3. C. 31. *Def.* 7. Dominus alium de Eodem feudo Inveſtiturus earum nomine Sempronio prius ſatisfacere tenetur. Non enim æquum videre

egen-

egentem Sempronium &c. It. ſi Succeſſor quidam caſu inhabilis, *1. f. 6. & 2. f. 36.* rogaret alimenta, tanquam onera in ſubſidium deficientibus allodialibus feudo inhærentia alius novus Inveſtiatur deductis his alimentis. Sed Nunc ad ipſum thema propoſitum, cujus tria verba: Conjugalis: Fides: Reciproca: ita diſcutiam, ut per Comparationem Conjugij, feudi & protectionis, Fidelitatis quidditatem & reciprocam qualitatem exponam.

Tu verò B. L. ubi reperies minus accurata, hæc inter anguſtias temporis excogitata ne deſpicias.

APHOR. I.

Sponſalibus reſpondet Exſpectativa Feudalis & Clientelaris.

CONjugium conſummatum antecedunt ſponſalia & eorum quæ de futuro dicuntur, quædam ſunt conditionata, veluti Laban filiam ſuam Rachelem deſpondebat Jacobo ſub conditione ſeptennalis ſervitij. *Gen. 9. verſ.* 18. Juriſpr. Conſiſt. Carpz. *lib. 2. Tit. 2. Def.* 20. *n.* 1. 2. 3. ubi ad *n.* 4. nota: Verba apparenter Conditionalia ex circumſtantiis poſſe eſſe modalia, ita ut ſponſalia ſtatim ſint perfecta, ſed ſub modo velint reſolvi: quemadmodum v. gr. Addictioni in diem, legi Commiſſoriæ &c. nonnunquam conditio nonnunquam modus ineſt. *L. 2. ff. ibid.* Inveſtituram antecedit Expectativa; quæ potius promiſſio de Inveſtiendo quam ipſa Inveſtitura, & licet ſtatim exſpectativam intercedat Inveſtitura, plerumque tamen non eſt de ipſo feudo ſed potius de ſucceſſionis caducitate Matt. d. Afflict. *Tit. qui Succ. feud. dat. ten.* & tunc demum capit effectum cùm feudum Domino aut hæredi fuerit apertum. *2. f. 26. §. 2.* Neque talis inveſtitura, quæ DD. communiter ſuperinfeudatio dicitur, deſiderat præſentiam parium Curiæ, ſed ſufficiunt Inſtrumenta: Angefalls verſchreibungen; & poſt exiſtente conditione ſolennis Inveſtitura petenda. H. Piſtor. *p. 2. quæſt.* 30. Ex ea conditionali ſucceſſionis conceſſio- §. 1. §. 2.

 ceſſio-

dum alienatum revocare nequit. H. Piſtor. *p. 2. quæſt. 28.* quan-
quam Expectanti contra Dominum, exiſtente conditione rectè detur actio perſonalis & de Uſu ſecundum Dd. communiter facultas propria auctoritate poſſeſſionem feudi vacuam occupandi. Carpz. *p. 2. Conſt. 45. def. 2. n. 5.* Berlich. *p. 2. C. 54. n. 62.* Non ſecus atque ille, qui cum muliere ſponſalia ſub conditione contraxit, ſi poſtmodum ante conditionis eventum cum alia contraxerit de præſenti, cum poſteriori remanet. *c. un. Extr. d. ſponſal. in 6.* & ad hanc alienationem prioris conſenſu non opus habet. (unde etiam Dd. parti adverſus partem pœnitentem actionem ad intereſſe tribuunt, *argument. l. 72. pr. ff. d. V. O.*) Quanquam tutius conditionis eventum expectare: Juriſpr. Conſiſt. Carpz. *p. 2. Tit. 2. Def. 21.*

§. 3. Quia ſupra dixi, dari actionem perſonalem contra Dominum qui promiſit, Notandum quod ea quoq; detur contra ejus Succeſſores, præprimis qui hereditario jure ſuccedunt. vid. Hieron. Schurff. *Cent. 2. Conſil. 59. n. 4.* ubi ſtatuit: quod agnatus ſuccedens agnato defuncto, qui ſecundum ſingularem Conventionem inter avos utriusq; & Succeſſoris & defuncti olim factam Expectativam Cuidam promiſit, hanc Expectativam ratam habere teneatur, non obſtante, quod non ſit agnati heres; & ita non quatenus agnato ſuccedit, ſed quia eum obligat voluntas avi, cujus ex perſona ſuccedit, vel cujus heres factus. Præſtare igitur debet ejus factum quia eſt ejus heres, Et Ejus heres neceſſariò eſt, quia adire debuit hereditatem, ſi feudum conſequi voluit, quod probat Gail. 2. *Obſerv. 128. n. ult.* & Fabricius in *eod. Enucleato ad h. l.* Hart. Piſtorius *l. 2. quæſt. 2.* Conſt. Elect. *p. 2. C. 47.* ibiq; Dn. Carpz. *Def. 4.* Quid obtineat in alijs Succeſſoribus, Prælato, Rege electo &c. & alijs proprio Jure ſuccedentibus vid. Struv. *Synt. feud. C. 7. th. 9. eleganti.*

§. 4. Protectio, (quæ eſt Synallagma (ex articulo Do ut facias) quo quis inſtantis aut futuri periculi depellendi causâ patrocinium alterius, promiſſo honorario, paciſcitur) non ſemper purè promittitur & conſtituitur, ſed nonnunquam ſub Modo & conditione vel

caſuali

caſuali vel poteſtativâ vel mixtâ. vid. Martin. Mager. à Schônberg. *d. Advocat. Armat. c.9. num.* 116. *&* 121. v. gr. Si Reſp. Veneta cuidam civitati protectionem quærenti eandem promittat, ſi protectio hactenus cum alia civitate conſtituta, expiret. Si ſolennis eſt hæc promiſſio & in ſolennem redacta Receſſum, eandem operatur actionem perſonalem ad intereſſe, atque in conjugio ſponſalia, in feudo Expectativa. Pariter modo ſeſe habet, Advocatia, quæ §. 5.
à Protectione non differt, niſi quòd DD. protectionem plerumque dicant de ſubjecto ſeculari, Advocatiam, de Eccleſiaſtico; Cùm enim Eccleſiaſticis non conveniret ſeſe negotiis immiſcere ſecularibus, & præterea ſæpius illi laicorum injuriis eſſent expoſiti: ideò quidam ſunt conſtituti, qui ſecularia curarent, & ne quid in Eccleſia, per vim aut ſordes fieret, providerent, Eccleſiiasque eorumque bona in judicio & alias ab injuria atque vi defenderent, nec non Juriſdictionem in eorum territoriis, quæ ex principum liberalitate iis obvenêre, exercerent. Struvil *Syntagm. Feud. C.* 4. *th.* 20. *n.* 1. *ibiq; allegat.* Quanquam promiſcuè verbis his utamur. Illud Jus Defenſionis ſive Advocatiæ nonnunquam Infirmiores ſuis Defenſoribus in feudum dabant. vid. Integr. Tract. *Theodor. Hæpingk. d. Protect. vel Advocat. & Martin. Mager.* qui plura non vulgaria congeſſit de Originæ dictæ Advocatiæ; ſcilicet: quod vel Epiſcopi petierint Advocatos. *Cap.* 5. *n.* 343. 337. 339. ubi Decretum quoddam &c. Vel Advocati Epiſcopis ab Imperatoribus conſtituti. *ibid. n.* 346. Vel Imperatores Epiſcopatus Pontificum protectioni tradiderint *ibid. n.* 358. Vel Imperatores Epiſcopatus in propriam ac ſpecialem protectionem ſuſceperint. *ibid. n.* 368. Præter Imperatores alii quoque Principes fuerint Protectores, *ibid. n.* 371. item Pontifices. *n.* 453. *ſeqq.* Sub protectione fuerint Canonici, *ibid. n.* 384. Patriarchæ. *n.* 393. Monaſteria *num.* 398. Reges. *n.* 498. Comites & Civitates Imperiales, *n.* 514. *&* 517. Nobiles Immediati. *n.* 539. *ſeqq.* Notes hic: Feudum Advocatiæ dici quoque Schradero *d feud. p.* 2. *c.* 4. *n.* 23. quòd quidam Doctori vel Advocato pro Patrocinio in causâ præſtito concedit, *arg. c.* 1. *§. quicunq; Advocatiam.* 7. *d. pac. tenend.*

APHOR.

& literæ Clientelares.

Hodiè omiſsâ hierologiâ non conſummatum dicitur Con-
§. 1. jugium Carpz. Ipr. Conſiſt. *p.2.Tit.8.Def.*142. Inveſtiturâ,abuſivâ
ſcil. ejusque ſolennitatibus omiſſis nullum eſt feudum 1.*feud.*25.
& 2.f.32. etiamſi Dominus conſiteatur. Benedictio autem Sacerdo-
talis ita perficit conjugium ut tamen ad effectum civilem, vel na-
turalem, procreationem ſcil. ſobolis, vel moralem. v. gr. lucrum
portionis ſtatutariæ *p.3. Conſt. Elect. 19. ibiq. Carpz. Def.* 1.2.3.*&* 4.
adhuc requiratur conſcenſio thalami & traditio corporum; Ita
Inveſtitura hæc abuſiva, tribuit tantùm jus ad rem ſine dominio
& poſſeſſione. vid. Struv. *Syntagm. Jur. Feud. cap.* 8. *th.* 9. *num.* 1. *&*
2. Klock. *Tom.* 2. *conſil.* 7. *num.* 112. Mynſing. *Cent.* 4. *obſerv.* 71. *num.* 2.
Gail. 2. *obſerv.* 152. *n.* 14. qui tamen limitat in caſu, quo Inveſtitura
fit in re præſenti. Plures habet limitationes Lud. Schrader. *Tract.
d. feud. p.* 5. *c.* 2. *n.* 15. Adeoque adhuc opus eſt traditione vel vera
vel fictâ. Struv. *ibid. th.* 11. ubi notanter inductio in poſſeſſionem
§. 2. veteri ſolenni in domum deductioni reſpondet. Datur ex Jure
perſonarum Conjugali actio præjudicialis, Imploratio officii Ju-
dicis, remedium poſſeſſorium ex *c.8.X.d. reſtitut. ſpoliat.* quibus con-
jux contra alteram jura ſua perſequitur. vid. latius Struv. *Synt. J.C.
Exerc.* 29. *th.* 56. *&* 57. Ita Dominus contra Vaſallum & contrà ha-
bet actionem perſonalem ex contractu feudali ſeu Inveſtitura, Im-
plorationem officii Judicis, actionem ex Interdicto adipiſcendæ
poſſeſſionis Schrad. *p.5. c.2. n.* 26. Facultatem propriâ auctoritate
feudi poſſeſſionem vacuam, Roſenth. *c.* 6. *concl.* 11. *n.* 4. Domino
non reſiſtente. Carpz. *p.* 2. *C.* 32. *def.* 27. *n.* 5. apprehendendi. H.
Piſtor. *l.* 2. *queſt.* 25. *n.* 26. quanquam contrarium conſultius erit.
Roſenth. *l. cit.* Carpz. *l. cit.* (propriæ auctoritatis occaſione recor-
dor *l.* 24. *pr. ff. ad l. Jul. d. adult.* & *l.* 4. *C. eod.* ubi privata vindicta
permittitur marito in adulterio cum uxore deprehenſum vilem
§. 3. aut infamem occidendi.) Si univerſitati & Collegio conceditur
feudum;

feudum; cùm non conveniat cives ſingulos Jurare, eligitur unus qui præſtat Juramentum fidelitatis, & quo demum mortuo renovatio petenda. Fransk. *reſol.* 19. *n.* 34. qui vocatur Ein Lehenträger. Idem nonnunquam in Conjugio vocatur maritús, quem mulier de bonis ſuis immobilibus inveſtivi facit. Carpz. *p.* 2. C. 13. *def.* 17. *n.* 4. Copulationes conſignandæ à Parocho & Succeſſori relinquendæ in teſtimonium Gerhard. in loc. d. Conjug. §. 463. f. Ita ſuper contractu feudali & inveſtiturâ factâ conficitur Inſtrumentum, breve teſtatum 1. *f.* 2. §. 1. Ein Lehenbrieff. Copulationes Illuſtrium ſicut in quibusdam familijs fiunt per alios à ſponſo delegatos; Sic quoque in Inveſtitura admittitur procurator qui in Animam vaſalli juret. 2. *f.* 3. §. 1. *v. ſed utrum.* quod ſæpius contingit dum Principes Imperij à Cæſare Inveſtituram renovari petunt vid. Limnæi *Jur. publ* 4. 1. 7. *n.* 27. qui diſtinguit inter Renovationem feudi antiqui & inveſtituram feudi novi. ita ut hoc caſu magis deſideretur præſentia ipſius. Principalis atque illo.

§. 6. Quemadmodum igitur Conjugium antea per conſenſum contractum per hierologiam; feudum per Inveſtituram publicatur quaſi & in externam componitur perfectionem; ita quoque Protectio, variis modis, pactis, & conditionibus determinatâ in ſolennem demum Receſſum redigitur, vulgò in literas ſ. tabulas Clientelares, Schütz und Schirm Brieffe. vid. Mart. Mager. *d. Advot. Arm.* C. 2. *n.* 201. Beſold. *Diſſert. d. Patrocinio & Clientelâ, th.* 43. 44. 45. Matth. Werner. *Obſer. pract. verb.* Schauren. Ut capitula protectionis eò accuratius obſerventur Et controverſiæ incidentes eò melius decidantur. vid. *l. citata.* & Menoch. *vol.* 3. *conſil.* 241. *n.* 30. Cùm ijs non extantibus ad alias Conſuetudines, quæ difficilioris probationis, & ad actus poſſeſſorios non vitioſos recurrendum ſit Mager. *l. cit. n.* 368. Roſenth. *Concluſ.* 14. *n.* 3. *in fin.* qui mox *n.* 4. Probationem hanc protectionis legitimam non agnoſcit, ſi quis privatâ ſcriptura protectoris Titulo honoretur. Accuratè itaq;, probationis causâ, literæ illæ conſignandæ ſunt. Mager. d. C. 9. *n.* 356. *usq;* 265. aliàs idem operantur atque Inveſtitura generalis, (v. gr. quicquid habeo,) quæ non probat res in Inveſtitura Comprehendendas, niſi in ſpecie, quid, quantum, & limi-

Mandata ſine Clauſula, Pignorationes, via citationis ad videndum ſe incidiſſe in pœnam &c. proceſſus auff die 4. Jul. *part.* 2. *Ord. Cam. tit.* 23. vid. Klock. *Conſil.* 37. *quæſtion* 16. 17. 18. 19. *Tom.* 1.

APHOR. III.

Quod in Conjugio eſt Dos & pacta, illud in feudo, præprimis Advocatiæ, ſunt ſalaria pro oneribus protectionis, & alia pacta, circa ſervitia, Feudalia & Clientelaria.

§. 1. Vid. d. feud. Advocatiæ Struv. *Synt. Feud.* C. 4. *th.* 20. & Martin. Mager. *d. Advocat. Armat. c.* 9. Quoad protectionem conveniunt plerumque Protector & Clientes de certo honorario, ſive pecunia ſit, ſive fruges v. gr. Schirmhaffer. Wehner. *verb.* Schauren. Et Ejusmodi honorarium petere licet Protectori. Beſold. *dict. diſſert. th.* 22. Mager. *dict.* C. 9. *n.* 687. ubi der Flecken Erſenbach Comiti Wertheimenſi promittit pro protectione annuatim acht malter Haffern. Pro oneribus protectionis eò melius ſuſtinendis Clientes nonnunquam bona ſua allodialia convertunt in feudalia & in feudum ea à protectore recognoſcunt id quod factum à Comitibus quondam Schaumburgicis, qui pro protectione 3. ihrer freyen Erbhäuſer Landgraff Philippen zu Heſſen auffgetragen / und ſelbige von Ihm zu rechten manſchen empfangen haben. vid. Caſpar. Klock. *Tom* 1. C. 17. *in facti ſpecie.*

§. 2. Ac intantum conventum Advocato Salarium debetur, inquit Joh. Jacob Speidel. *in Sp. Var. Obſerv. voc.* Schutzgeldt. ut licet in bello pro Clientibus ſuſcepto ſuccumbat & vincatur, nihilominus hæc annua penſio præſtanda ſit. Simon. Piſtor. *Vol.* 1. *Conſil.* 19. Quinimo honorarium hoc pendendum, etiamſi Centum aut pluribus annis protector nullum

Defen-

Defenſionis actum exhibuiſſet, ſi defenſionis neceſſitas aut caſus nunquam contigit, vel per eum non ſtetit quominus defenderet, qui ſcil. requiſitus non fuit per *l. qui operas.* 30. §. *advocatus &c.* 1. *ff. Locat.* Præterea ſi pactum inter Patronos & Clientes de præſtando honorario, ſolutio facienda eſt, etiamſi Clientes Patrono Advocatiam renunciâſſent. *Lancellot. d. Attentat. p.* 2. *C.* 4. *n.* 4. ubi dicit: Lite ſuper aliqua annua præſtatione vel Cenſus ſolutione pendente, cenſum vel annuam præſtationem non poſſe deponi, ſequeſtrari vel arreſtari, ſed uſque ad litis deciſionem exſolvi debere. Quò facit in ſimili, quod exemptionis quæſtione pendente, poſſeſſor tamdiu ſolvere teneatur contributiones, donec aliud in petitorio decernatur. Klock. *d. Contrib. C.* 20. *n.* 268. *&* 269. Et quod lite pendente in petitorio ſuper nullitate vel reſciſſione contractûs, cogatur nihilominus ea quis præſtare ad quæ lege contractus tenetur; quia interim debet contractus hinc inde exequi & ſortiri effectum, uti determinat Carol. Molinæus. *in Conſu. Pariſiens* §. 52. *&c.* Accedit. Frider. Pruckman. *Conſil.* 17. *n.* 142. *vol.* 1. ubi protectioni ſi quis abſque cauſa renunciare & protectorem mutare velit, paratiſſimam protectori adverſus Clientes actionem eſſe reſpondit. *Huc uſque Speidel.*

APHOR. VI.

Fides ſeu fidelitas ſequitur eſſentiam feudi ut & Protectionis, non ſecus atque fides Conjugalis eſſentiale eſt Conjugij contracti.

§. 1. De Conjugali ſeu maritali affectione & fidelitate nemo dubitat. Feudalem fidelitatem quod concernit; præſuppoſito Dominio ex parte Domini directo, ex parte Vaſalli utili, in re immobili, accedit obligatio ad præſtandam fidem. Et hæc abſolvunt feudi eſſentiam. Hinc ſi contractui feudali apponatur pactum quô Dominus fidem remittat Vaſallo, receditur ab eſſentiâ feudi.

I. F. C. 2. aph. 6. n. 6. breviter: pactum hoc, utut contra eſſentiam feudi ſit, ut ita contractus hic feudalis amplius eſſe nequeat, quia tamen non continet manifeſtam iniquitatem, neque penitus contrariatur juribus, contractus hic transformatur, in aliud negotij genus, v. gr. Contractum Emphyteuticum, cenſualem, ſuperficialem, Libellarium, &c. Ob cognationem quam hi cum feudo habent. Sed pactum hoc intelligendum eſt de remiſſione fidei totalis eorumque omnium, quæ Juramentum fidelitatis aliàs importat; pacto enim conveniri poteſt, ut quædam capitula eorum, quæ in Juramento fidelitatis continentur, vaſallo remittantur, ea namq; fidelitas non minus eſt fidelitas, ſcil. intenſivè atq; ea quæ omnia obſervat capitula; licet minor ſit fidelitas extenſivè. v. Schrad. *l. ut. n.* 38.

§. 2. Probè tamen obſervandum, ne confundatur fidelitas tanquã actus primus, cum actu ſecundo operiſq; fidelibus, hi namque eſſentiam Contractus feudalis minimè ingrediuntur, non ſecus atque de Jure Civili in emtione venditione, non precii numeratio; ſed conventio perficit emtionem. *l. 2. §. 1. ff. d. Contr. emt. pr. Inſt. d. Emt. Vendit.* ut enim Emtionis venditionis contractus ſtatim eſt perfectus, ubi de precio rei tradendæ vero, juſto ſeu æquivalente, & certo convenerit; ita ſtatim eſt feudum, ubi vaſallus domino directo propter conceſſionem rei, regulariter immobilis, fidē ſolenniter promiſit,

§. 3. licet forte mors vaſalli exercitium fidei impediat. Deinde non eſt confundenda fidelitas cum ipſo Juramento Fidelitatis. Fidelitas eſt feudi eſſentiale; Juramentum fidelitatis eſt ex numero eorum, quæ feudi naturalia dicuntur. 2. *f.* 3. *fin.* 2. *f.* 24. §. 1. (ubi fidelitas explicanda *per text.* 2. *f.* 4.) 2. *f.* 47. *fin.* quæ licet regulariter feudis inſint, tamen pro ratione commodi à Domino vel Vaſallo reſtringi, extendi vel omitti poſſunt. 1. *f.* 14. §. 2. *verb. niſi pactum fuerit &c. & in fin. per pactum filiæ ſuccedunt &c.* 2. *f.* 2 §. 2. *verb. pactum ſpeciale contra feudi conſuetudinem &c.* Hinc remitti poteſt Juramentum, & alio modo fides promitti, *per text. alleg.* vid. Klock. *Tom. 1. Conſil.* 17. *n.* 21. & 22. ubi plures allegat, & ex *Baldo* ſubiicit: *Jure antiquo, quando Juſtinia-*

ſtinianus leges compoſuit, Juramenta fidelitatum cognita non erant, neque in Jure antiquo vocabulum hoc reperitur: poſteà verò crevit ſubditorum infidelitas, & Dominorum dira voracitas, unde ad ſervile nomen fidelitatis ventum eſt, & macula injecta libertati. Eſt enim Juramentum fidelitatis & fidelitas iſta quædam obedientiaria ſervitus, tamen ſine capitis deminutione, & introductum ob rebelles propter eorum frænum. vid. Schrader. *l.cit.n.*26. 27. *ſeqq.*

De Fidelitate Clientelari, cùm ea plerumque ad certa capita reſtringatur, adeoque dependeat à voluntate contrahentium, plura dicere ſuperſedeo.

Aphor. V.

Jus Domini in Vaſallum & Protectoris in Clientem concordat quadantenus cum Jure Mariti in Uxorem.

Marito competit Jus aliquod ſeu facultas in Uxorem vel §. 1.
ratione perſonæ, unde in Muliere obſequium & reverentia cujus intuitu quoq; maritus beneficium competentiæ habet. *l.* 1. §. 7. *C. d. Rei Uxor. act.* Mulieres honore maritorum eriguntur, genere nobilitantur, ex eorum perſona forum ſtatuitur & domicilia mutantur *l.* 13. *pr. C. d. Dignit.* De Jure Saxon. Maritus poſt Conſcenſionem thalami uxoris fit tutor. Carpz. *p.* 3. C. 23. *def.* 30. *n.* 5. Vel ratione bonorum, undè bona conſtante matrimonio acquiſita ad maritum ſpectant. *l.* 51. *ff. d. Donat. int V. & Ux.* de Jure Saxon. Uſum fructum habet bonorum mulieris. *art.* 31. *lib.* 1. Landr. & alia §. 2.
jura. Dominus perſonam Vaſalli habet obligatam ad præſtandam fidem & ſervitia: *vid. Aphor. 6.* In feudo habet Dominium directum, & eo inſcio feudum non poteſt alienari: habet Jurisdictionem in Vaſallum, â quâ tamen differt Jus ſuperioritatis. Undè in Pacificatione Oſnabrugenſi. *Art.* 5. *n.* 14. Von der bloſſen Lehens oder AfterLehens qualitet, Sie kommen von Königreich Böhmen oder Churfürſten und Ständen des H. Röm. Reichs oder anders

wo/

protectionem, niſi ad certum tempus ſit contracta. *vid. Aphor. ult.* Jus protectionis verò nullam tribuit Idictionem aut Superioritatem. Klock. *T. 1. Conſ. 8. n. 167. ſeqq. Conſ. 12. n. 32. ſeqq.* Hinc neque alia regalia, v. gr. Collectæ, Religio, in protectoris ſunt poteſtate. vid. latius Beſold. *Theſaur. pract. verb.* Schutz. Meichſner. *Tom. 2. lib. 1. Deciſ. Cam. Imp. 6. n. 134.* Arumæus. *Diſc. 6. ad Aur. Bull. ad C. 15. th. 2.* ſcilicet quatenus illi Clientes & hic Protector; quod ſi enim Clientes in Protectoris territorio bona habeant immobilia, eorumque ratione ſubditi ſint, meritò pro ijs collectas ſolvunt protectori. Klock. *T. 1. C. 37. n. 281. ſeqq. uſque 293.* Ita ſi Civitas Imperii immediata ſeſe in Specialem Imperatoris & Imperij protectionem committat, concurrit cum protectione Jurisdictio. De Imperatoris Advocato Vicario, Käyſerlichen Erbvogt. vid. Klock. *l. cit.* Uſu tamen aut pacto Protector in ſimul Jurisdictionem habere poteſt. Wehner. *obſerv. pract. verb.* Vogthey. Beſold. *Th. pract. verb.* Schutz. §. Darbey aber dieſes nicht auß der Acht zu laſſen/daß etliche *Jura protectionis ex ſingulari pacto &c.* it. *part. 6. Conſil. 300. n. 4. 8. 9. &c.*

Aphor. VI.

Fidelem eſſe oſtenditur, vel per actus fidelitatis in genere, qui ex Eſſentiâ fidelitatis procedunt; vel per Servitia in ſpecie, quæ regulariter, niſi remittantur, feudo inſunt tanquam Naturalia; vel per Exercitium pactorum, de quibus ut accidentalibus expreſſè conventum.

Eſt

Eſt itaque fidelis 1. qui in actionibus ſuis (habito reſpectû ad Dominum vel mediatè vel immediatè) hæc ſex in memoriâ habet (1.) Incolume, & promovet Domini Incolumitatem, vel phyſicè; hic Dominum aſſiliendo vel aggrediendo 1 *f.* 5. vel in caſtro ſuo vel alieno oppugnando & impias manûs ingerendo. 2. *f.* 24. §. 2. *verſ. porrò &c.* Vaſallus feudum perdit. Vel Moraliter; Hinc ſi Vaſallus Dominum à morte liberare potuerit & non fecerit. 1. *f.* 21. §. *fin.* 2. *f.* 39. Vel cum Domini hoſte in ipſius perniciem fœdus contraxerit *argument.* 2. *f.* 57. Vel ſciverit contra Dominum aſſaltum, mortem vel Captionem, & Dominum de eo non certioraverit, vel Dominum in acie periclitatem dimiſerit. 2. *f.* 24. §. 2. *pr.* 1. *f.* 21. *fin.* Ut infidelis feudum perdit. (2.) Tutum, Ne ſit ei in damno de ſecreto ſuo; ſi credentiam ad ipſius damnum ſcienter manifeſtaverit. 1. *f.* 17. vel de munitionibus ſuis, id quod variis modis contingere poteſt. vid. Schrad. *d. Feud. p.* 6. *c.* 6. *n* 99. (3) Honeſtum, Ne ſit ei in damno de ſuâ Juſtitiâ, ſi v. gr. fortè Vaſallus Judex Domini eligeretur & Juſtitiam Domini impediret. Schrad. *ibid.* Roſenthal. *C.* 10. *concl.* 24. *n.* 5. Vel ſi adverſarii patrocinium advocando ſuſciperet contra Dominum. Neque ei in damno ſit de aliis cauſis, quæ ad eius honeſtatem ſpectant. Hinc neque criminis licet accuſare Dominum, excepto crimine perduellionis & læſæ Majeſtatis, neque teſtimonium contra eum dicere, niſi à Judice cogatur. 2. *f.* 33. *verſ.* 3. *Similiter &c. vid. ad h. text. Struvij Syntagm. Jur. feud. Cap.* 11. *Aph.* 3. *n.* 3. 4. & 5. Neque exigere Juramentum calumniæ. *ibid.* Dn. Carpz. *p.* 1. *C.* 29. *Def.* 27. excipit Iniuriam, ſi vaſallus arreſtet bona Domini. (4) Utile. (5) Facile (6) poſſibile. quæ omnia per ſe patent. Et omnes Caſus ſpecialiores ſub his generalibus comprehenduntur. An vero in praxi hæc ita ſemper adeò obſerventur, aliis relinquo. Et hæc de fideli in genere. §. 1.

Specialiter (2) fidelis eſt, qui præſtat ſervitia quibus adſtrictus, vel per regularem feudi naturam, vel per certa pacta adjecta, ita ut nonnunquam pro modo conventionis Servitia ſint vel definita, vel indefinita, nonnunquam recenſeantur in Juramento fidelitatis, nonnunquam tacitè ſub communi Jurandi formulâ comprehendantur. vid. latius. Struv. *cit. l. aph.* 5. *ſeqq.* ubi etiam de ſervitiis auctis pro ratione aucti feudi. Et elegant. Tract. Rochlii *d. Ser-* §. 2.

vitut-

fidelitas; non verò poſitâ fidelitate ſtatim ponatur eſſentia. Conſideratur enim fidelitas vel Abſtractivè vel concretivè. Abſtractivè & in genere conſiderata eſt eſſentiale conſequens feudi, & eâ Dominus feudi nonnunquam eſt contentus, v. gr. in feudo franco, ubi nulla ſervitia fidelia ſunt præſtanda. Nonnunquam verò Dominus præciſè urget ſervitia, ut Naturalia, & pacto quædam determinat ut accidentalia, & vaſallus in juramento fidelitatis non tantùm jurat in genere, Getrew / Hold und Gewertig zu ſeyn / Schaden zu warnen &c. ſed & ſpecialiter ſe fidelem fore in ſervitiis præſtandis & pacto obſervando; & tunc ea fidelitas, quæ concretivè ſervitiis & pactis ineſt, comprehenditur ſub fidelitate, quæ eſſentiam ſpectat, non verò ipſa eſt eſſentia. Ea namque conſiſtere poteſt in fidelitate ſimplici & abſtractivâ, v. gr. in feudo franco, etiamſi nulla ſervitia adſint & pacta, neque adſit fidelitas ſcil. horum occaſione præſtanda. Hinc decidi poteſt quæſtio: An is qui peccat in Naturalibus & accidentalibus feudi, etiam peccet contra eſſentiam feudi? Reſp. Neg. licet peccet contra promiſſam fidelitatem. Sed dicis: qui peccat in Naturalibus & accidentalibus feudi, feudo privari poteſt. Reſp. Negatur adhuc conſequentia.

APHOR. VIII.

Fides hæc eſt reciproca, Dominum quoque Feudi & Protectorem ſtringens.

§. 1. Sicut Conjugii finis eſt & forma mutuum adjutorium & reciproca maritalis affectio; ita quoque non tantùm vaſallus, ut hactenus dixi, ad fidelitatem eſt adſtrictus, ſed & *Dominus quoq; in his omnibus* (ſcil. in 6. illis ſuperioribus, Incolumi, tuto &c.) *fideli ſuo vicem reddere debet, quod ſi non fecerit meritò cenſebitur malefidus. 2.f.6.*

No-

Notanter hic Dominus dicitur Malefidus, vaſallus perfidus & perjurus. Vaſallus enim remiſſo nonnunquam Juramento nihilominus ad omnia in Juramento contenta eſt obſtrictus vid. *aph.* 4. *in fin.* contra quæ ſi venerit, perfidus dicitur. Sin Juramentum præſtiterit, eô fracto perjurus dicitur. Dominus tantùm dicitur malefidus, non perjurus, quia nunquam is Juramento adſtringitur, ſed eſt tacita conventionis & fidelitatis vis ipſum quæ obligat, parili modo ac vaſallus remiſſo Juramento obligatus manet. Diſtinguendum autem eſſe arbitror: an Dominus agat quid contra vaſallum ſine culpa vel crimine v. gr. feudum abſque conſenſu vaſalli alienando; an verò culpam & crimen in vaſallum committat. Priori modo Malefidus non dicitur; hinc neque feudum eo caſu perdit, ſed tantum irrita eſt alienatio. Roſenth. *Cap.* 9. *C.* 162. *n.* 11. poſteriori verò ita dicitur 2. *f.* 6. & 2. *f.* 26. §. *Domino committente &c.* & feudo privatur. Eſt quoque in Protectione fides Clientelaris reciproca. Hinc Protectoris Clientumque conventio, vel expreſsè reſpicit & deſiderat promiſſa alterius; vel etiam alterâ parte expreſsè non promittente correſpectivè facta cenſetur ad alterius auxilium, quod hoc pacto non poteſt non eſſe mutuum & reciprocum Klock. *Tom.* 1. *c.* 37. *n.* 102. *ſeqq.* Hinc Comites quondam Holſato-Schaumburgenſes, qui, ut Protectionem Philippi Landgrafii Haſſiæ ſibi conciliarent, tria præcipua ſua Caſtra allodialia in feudum converterant, & à Philippo hactenus recognoverant, negatâ poſtea à Philippo protectione & auxilio, nec caſtra ſua ulterius ab eo recognovère. Klock. *Tom.* 1. *C.* 17. *in facti Specie.* Beſold. *Diſſert. d. Patrocinio & Client. th.* 48. Admitti quoque videtur eadem ſupra data Diſtinctio: An Protector agat quid contra Clientes ſine culpâ, v. gr. Jus protectionis in alium inſcíis & invitis Clientibus transferendo, quo Caſu Clientes contradicere poſſunt, ut irrita ſit hæc alienatio. Klock. *T.* 1. *C.* 37. *n.* 140. An verò crimen & culpam in eos committat, aut ſæviſſimè eos tractando, aut fidem frangendo, quo caſu & protector malefidus dici ſuoque Jure privari poteſt. per ea quæ tradit Klock. *l. cit. n.* 102. §. 2.

pactis & receſſibus verborum contorſiones fovent (& ita cum Sirene ſe ſupernè gerunt formoſum hominem, infra abjectæ formæ piſcem) Sanctiſſimiq; fœderis validitatem prætensâ utilitate Reipubl. metiuntur, Concertantes ejusmodi qualitates tanquam in Veſuvio dubio procul abundè poſſent aſpici: Sed oderint alij cum pactis ludere formidine pœnæ; bonos regit amor Virtutis fidei & Fidelitatis. De iſta fidelitate reciprocâ Conjugali nunc mihi ſermo eſto! Reciprocam dico per text: 2. *feud.* 6. ubi: *Dominus quoque in his omnibus vicem fideli ſuo gerere debet; quod ſi non fecerit meritò cenſebitur malefidus.* Quod autem Conjugalem dixerim; movet text. 2. *feud.* 58. *pr.* ubi vaſallus certò, licet obſcurè quodam modo, Domini Conjux appellatur:) §. *Dominum autem feudi dare poſſe intelligitur omni ære alieno deducto. Non enim æquum eſt quem videre egentem, quem prius habuit in conjugem, vel amicum.* Quæ verba obſcura commodè ex toto contextu hoc modo explicantur: Feudum de Camera, (quod in certo reditu ex ærario vel fiſco Domini ob ſervitia cuidam conſtituitur) & feudum de Cavena (quod in Vino, frumento &c. ex cellâ, horreo, Domini, conſtituitur.) Dominus non debet cuidam dare, ſi, (juxta *pr.*) nihil ſit in camera &c. ita ut expectandum &c. vel ſi adhuc in ſit æs alienum, quod alius fortè anterior Vaſallus vel alius amicus fortè ex mutuo, petere poſſent, id quod deducendum novo vaſallo, id eſt illis exſolvendum: Non enim æquum quod Dominus videat egentem eum qui prius ejus Conjux vel amicus fuit. Illuſtrabo hæc per alium Caſum: Sempronius Vaſallus factis meliorationibus præſcriptione perdit feudum, vel cedit id Domino ſpontè; vel fit monachus vid. 2. *feud.* 26. §. 30. (utut de hodiernâ Conſvetudine aliud) ut ita feudum perveniat ad Dominum, Sempronio Impenſas & meliorationes præprimis extrinſecas Jure repetente: 2. *feud.* 28. §. *ſi vaſallus.* Carpz. *p.* 3. C. 31. *Def.* 7. Dominus alium de Eodem feudo Inveſtiturus earum nomine Sempronio prius ſatisfacere tenetur. Non enim æquum videre

egen-

egentem Sempronium &c. It. ſi Succeſſor quidam caſû inhabilis, *i. f. 6. & 2. f. 36.* rogaret alimenta, tanquam onera in ſubſidium deficientibus allodialibus feudo inhærentia alius novus Inveſtiatur deductis his alimentis. Sed Nunc ad ipſum thema propoſitum, cujus tria verba: Conjugalis: Fides: Reciproca: ita diſcutiam, ut per Comparationem Conjugij, feudi & protectionis, Fidelitatis quidditatem & reciprocam qualitatem exponam.

Tu verò B. L. ubi reperies minus accurata, hæc inter anguſtias temporis excogitata ne deſpicias.

APHOR. I.

Sponſalibus reſpondet Exſpectativa Feudalis & Clientelaris.

Conjugium conſummatum antecedunt ſponſalia & eorum §. 1.
quæ de futuro dicuntur, quædam ſunt conditionata, veluti Laban filiam ſuam Rachelem deſpondebat Jacobo ſub conditione ſeptennalis ſervitij. *Gen. 9. verſ.* 18. Juriſpr. Conſiſt. Carpz. *lib. 2. Tit. 2. Def.* 20. *n.* 1. 2. 3. ubi ad *n.* 4. nota: Verba apparenter Conditionalia ex circumſtantiis poſſe eſſe modalia, ita ut ſponſalia ſtatim ſint perfecta, ſed ſub modo velint reſolvi: quemadmodum v. gr. Addictioni in diem, legi Commiſſoriæ &c. nonnunquam conditio nonnunquam modus ineſt. *l. 2. ff. ibid.* Inveſtituram antecedit Expectativa; quæ potius promiſſio de Inveſtiendo quam ipſa Inveſtitura, & licet ſtatim exſpectativam intercedat Inveſtitura, plerumque tamen non eſt de ipſo feudo ſed potius de ſucceſſionis caducitate Matt. d. Afflict. *Tit. qui Succ. feud. dar. ten.* & tunc demum capit effectum cùm feudum Domino aut hæredi fuerit apertum. *2. f. 26. §. 2.* Neque talis inveſtitura, quæ DD. communiter ſuperinfeudatio dicitur, deſiderat præſentiam parium Curiæ, ſed ſufficiunt Inſtrumenta. Angefälls verſchreibungen; & poſt exiſtente conditione ſolennis Inveſtitura petenda. H. Piſtor. *p. 2. quæſt.* 30. Ex ea conditionali ſucceſſionis conceſſio- §. 2.

… nequit. H. Piſtor. p. 2. quæſt. 20. quan-
quam Expectanti contra Dominum, exiſtente conditione rectè detur actio perſonalis & de Uſu ſecundum Dd. communiter facultas propria auctoritate poſſeſſionem feudi vacuam occupandi. Carpz. *p.* 2. *Conſt.* 45. *def.* 2. *n.* 5. Berlich. *p.* 2. *C.* 54. *n.* 62. Non ſecus atque ille, qui cum muliere ſponſalia ſub conditione contraxit, ſi poſt modum ante conditionis eventum cum alia contraxerit de præſenti, cum poſteriori remanet. *c. un. Extr. d. ſponſal. in 6.* & ad hanc alienationem prioris conſenſu non opus habet. (unde etiam Dd. parti adverſus partem pœnitentem actionem ad intereſſe tribuunt, *argument. l.* 72. *pr. ff. d. V.O.*) Quanquam tutius conditionis eventum expectare: Juriſpr. Conſiſt. Carpz. *p.* 2. *Tit.* 2. *Def.* 21.

§. 3. Quia ſupra dixi, dari actionem perſonalem contra Dominum qui promiſit, Notandum quod ea quoq; detur contra ejus Succeſſores, præprimis qui hereditario jure ſuccedunt. vid. Hieron. Schurff. *Cent.* 2. *Conſil.* 59. *n.* 4. ubi ſtatuit: quod agnatus ſuccedens agnato defuncto, qui ſecundum ſingularem Conventionem inter avos utriusq; & Succeſſoris & defuncti olim factam Expectativam Cuidam promiſit, hanc Expectativam ratam habere teneatur, non obſtante, quod non ſit agnati heres; & ita non quatenus agnato ſuccedit, ſed quia eum obligat voluntas avi, cujus ex perſona ſuccedit, vel cujus heres factus. Præſtare igitur debet ejus factum quia eſt ejus heres, Et Ejus heres neceſſariò eſt, quia adire debuit hereditatem, ſi feudum conſequi voluit, quod probat Gail. 2. *Obſerv.* 128. *n. ult.* & Fabricius in *eod. Enucleato ad h. l.*) Hart. Piſtorius *l.* 2. *quæſt.* 2. Conſt. Elect. *p.* 2. *C.* 47. ibiq; Dn. Carpz. *Def.* 4. Quid obtineat in alijs Succeſſoribus, Prælato, Rege electo &c. & alijs proprio Jure ſuccedentibus vid. Struv. *Synt. feud. C.* 7. *th.* 9. *eleganti.*

§. 4. Protectio, (quæ eſt Synallagma (ex articulo Do ut facias) quo quis inſtantis aut futuri periculi depellendi causâ patrocinium alterius, promiſſo honorario, paciſcitur) non ſemper purè promittitur & conſtituitur, ſed nonnunquam ſub Modo & conditione vel

caſuali vel poteſtativâ vel mixtâ. vid. Martin. Mager. à Schönberg. *d. Advocat. Armat. c.9. num.* 116. *&* 121. v. gr. Si Reſp. Veneta cuidam civitati protectionem quærenti eandem promittat, ſi protectio hactenus cum alia civitate conſtituta, expiret. Si ſolennis eſt hæc promiſſio & in ſolennem redacta Receſſum, eandem operatur actionem perſonalem ad intereſſe, atque in conjugio ſponſalia, in feudo Expectativa: Pariter modo ſeſe habet, Advocatia, quæ à Protectione non differt, niſi quod DD. protectionem plerúmque dicant de ſubjecto ſeculari, Advocatiam, de Eccleſiaſtico; Cùm enim Eccleſiaſticis non conveniret ſeſe negotiis immiſcere ſecularibus, & præterea ſæpius illi laicorum injuriis eſſent expoſiti: ideò quidam ſunt conſtituti, qui ſecularia curarent, & ne quid in Eccleſia, per vim aut ſordes fieret, providerent, Eccleſiiasque eorumque bona in judicio & alias ab injuria atque vi defenderent, nec non Juriſdictionem in eorum territoriis, quæ ex principum liberalitate iis obvenêre, exercerent. Struvii *Syntagm. Feud. C.* 4. *th.* 20. *n.* 1. *ibiq; allegat.* Quanquam promiſcuè verbis his utamur. §. 5.

Illud Jus Defenſionis ſive Advocatiæ nonnunquam Infirmiores ſuis Defenſoribus in feudum dabant. vid. Integr. Tract. *Theodor. Hæpingk. d. Protect. vel Advocat. & Martin. Mager.* qui plura non vulgaria congeſſit de Originæ dictæ Advocatiæ; ſcilicet: quod vel Epiſcopi petierint Advocatos. *Cap.* 5. *n.* 343. 337. 339. ubi Decretum quoddam &c. Vel Advocati Epiſcopis ab Imperatoribus conſtituti. *ibid. n.* 346. Vel Imperatores Epiſcopatus Pontificum protectioni tradiderint *ibid. n.* 358. Vel Imperatores Epiſcopatus in propriam ac ſpecialem protectionem ſuſceperint. *ibid. n.* 368. Præter Imperatores alii quoque Principes fuerint Protectores. *ibid. n.* 371. item Pontifices. *n.* 453. *ſeqq.* Sub protectione fuerint Canonici, *ibid. n.* 384. Patriarchæ. *n.* 393. Monaſteria *num.* 398. Reges. *n.* 498. Comites & Civitates Imperiales. *n.* 514. *&* 517. Nobiles Immediati. *n.* 539. *ſeqq.* Notes hic: Feudum Advocatiæ dici quoque Schradero *d feud. p.* 2. *c.* 4. *n.* 23. quod quidam Doctori vel Advocato pro Patrocinio in causâ præſtito concedit, *arg. c.* 1, *§. quicunq; Advocatiam.* 7. *d. pac. tenend.*

APHOR.

Hodiè omiſsâ hierologiâ non conſummatum dicitur Con-
§. 1. jugium Carpz. Ipr. Conſiſt. *p.2.Tit.8.Def.142.* Inveſtiturâ, abuſivâ ſcil. ejusque ſolennitatibus omiſſis nullum eſt feudum *1.feud.25. & 2.f.32. etiamſi Dominus confiteatur.* Benedictio autem Sacerdotalis ita perficit conjugium ut tamen ad effectum civilem, vel naturalem, procreationem ſcil. ſobolis, vel moralem. v. gr. lucrum portionis ſtatutariæ *p.3. Conſt.Elect.19.ibiq; Carpz. Def.1.2.3.& 4.* adhuc requiratur conſcenſio thalami & traditio corporum ; Ita Inveſtitura hæc abuſiva, tribuit tantùm jus ad rem ſine dominio & poſſeſſione. vid. Struv. *Syntagm. Jur. Feud. cap.8. th. 9. num. 1. & 2.* Klock. *Tom. 2. conſil. 7. num. 112.* Mynſing. *Cent. 4. obſerv. 71. num. 2.* Gail. *2. obſerv. 152. n. 14.* qui tamen limitat in caſu, quo Inveſtitura fit in re præſenti. Plures habet limitationes Lud. Schrader. *Tract. d. feud. p.5. c.2. n. 15.* Adeoque adhuc opus eſt traditione vel vera vel fictâ. Struv. *ibid. th. 11.* ubi notanter inductio in poſſeſſionem
§. 2. veteri ſolenni in domum deductioni reſpondet. Datur ex Jure perſonarum Conjugali actio præjudicialis, Imploratio officii Judicis, remedium poſſeſſorium ex *c.8. X. d. reſtitut. ſpoliat.* quibus conjux contra alteram jura ſua perſequitur. vid. latius Struv. *Synt. J.C. Exerc.29. th.56. & 57.* Ita Dominus contra Vaſallum & contra, habet actionem perſonalem ex contractu feudali ſeu Inveſtitura, Implorationem officii Judicis, actionem ex Interdicto adipiſcendæ poſſeſſionis Schrad. *p.5. c.2. n.26.* Facultatem propriâ auctoritate feudi poſſeſſionem vacuam, Roſenth. *c. 6. concl. 11. n. 4.* Domino non reſiſtente. Carpz. *p. 4. C. 32. def. 27. n. 5.* apprehendendi. H. Piſtor. *l. 2. quæſt. 25. n. 26.* quanquam contrarium conſultius erit. Roſenth. *l. cit.* Carpz. *l. cit.* (propriæ auctoritatis occaſione recordor *l. 24. pr. ff. ad l. Jul. d. ad ult.* & *l. 4. C. eod.* ubi privata vindicta permittitur marito in adulterio cum uxore deprehenſum vilem
§. 3. aut infamem occidendi.) Si univerſitati & Collegio conceditur feudum;

ſeudum; cùm non conveniat cives ſingulos Jurare, eligitur unus qui præſtat Juramentum fidelitatis, & quo demum mortuo renovatio petenda. Fransk. *reſol.* 19. *n.*34. qui vocatur Ein Lehenträger. Idem nonnunquam in Conjugio vocatur maritus, quem mulier de bonis ſuis immobilibus inveſtivi facit. Carpz. *p.* 2. *C.* 13. *def.* 17. *n.* 4. Copulationes conſignandæ à Parocho & Succeſſori relinquendæ in teſtimonium Gerhard. in loc. d. Conjug. §. 463. f. Ita ſuper contractu feudali & inveſtiturâ factâ conficitur Inſtrumentum, breve teſtatum 1. *f.* 2. §. 1. Ein Lehenbrieff. Copulationes Illuſtrium ſicut in quibusdam familijs fiunt per alios à ſponſo delegatos; Sic quoque in Inveſtitura admittitur procurator qui in Animam vaſalli juret. 2. *f.* 3. *v. ſed utrum.* quod ſæpius contingit dum Principes Imperij à Cæſare Inveſtituram renovari petunt vid. Limnæi *Jur. publ* 4. 7. *n.* 27. qui diſtinguit inter Renovationem feudi antiqui & inveſtituram feudi novi. ita ut hoc caſu magis deſideretur præſentia ipſius Principalis atque illo. Quemadmodum igitur Conjugium antea per conſenſum contractum per hierologiam; feudum per Inveſtituram publicatur quaſi & in externam componitur perfectionem; ita quoque Protectio, variis modis, pactis, & conditionibus determinatâ in ſolennem demum Receſſum redigitur, vulgò in literas ſ. tabulas Clientelares, Schütz und Schirm Brieffe. vid. Mart. Mager. *d. Advot. Arm. C.* 2. *n.* 201. Beſold. *Differt. d. Patrocinio & Clientelâ, th.* 43. 44. 45. Matth. Werner. *Obſer. pract. verb.* Schauren. Ut capitula protectionis eò accuratius obſerventur Et controverſiæ incidentes eò melius decidantur. vid. *l. citata.* & Menoch. *vol.* 3. *conſil.* 241. *n.* 30. Cùm ijs non extantibus ad alias Conſuetudines, quæ difficilioris probationis, & ad actus poſſeſſorios non vitioſos recurrendum ſit Mager. *l. cit. n.* 368. Roſenth. *Concluſ.* 14. *n.* 3. *in fin.* qui mox *n.* 4. Probationem hanc protectionis legitimam non agnoſcit, ſi quis privatâ ſcriptura protectoris Titulo honoretur. Accuratè itaq;, probationis causâ, literæ illæ conſignandæ ſunt. Mager. d. C. 9. *n.* 356. *usq;* 265. aliàs idem operantur atque Inveſtitura generalis, (v. gr. quicquid habeo,) quæ non probat res in Inveſtitura Comprehendendas, niſi in ſpecie, quid, quantum, & limi- §. 6.

 tatè

media, quibus Clientes compellunt Protectores iniquos, v. gr. Mandata ſine Clauſula, Pignorationes, via citationis ad videndum ſe incidiſſe in pœnam &c. proceſſus auff die 4. Juli. *part.* 2. *Ord. Cam. tit.* 23. vid. Klock. *Conſil.* 37. *queſtion* 16. 17. 18. 19. *Tom.* I.

Aphor. III.

Quod in Conjugio eſt Dos & pacta, illud in feudo, præprimis Advocatiæ, ſunt ſalaria pro oneribus protectionis, & alia pacta, circa ſervitia, Feudalia & Clientelaria.

§. 1. Vid. d. feud. Advocatiæ Struv. *Synt. Feud.* C. 4. *th.* 20. & Martin. Mager. *d. Advocat. Armat. c.* 9. Quoad protectionem conveniunt plerumque Protector & Clientes de certo honorario, ſive pecunia ſit, ſive fruges v. gr. Schirmhaffer. Wehner. *verb.* Schauren. Et Ejuſmodi honorarium petere licet Protectori. Beſold. *dict. diſſert. th.* 22. Mager. *dict.* C. 9. *n.* 687. ubi der Flecken Erlenbach Comiti Wertheimenſi promittit pro protectione annuatim acht malter Haffern. Pro oneribus protectionis eò melius ſuſtinendis Clientes nonnunquam bona ſua allodi alia convertunt in feudalia & in feudum ea à protectore recognoſcunt id quod factum à Comitibus quondam Schaumburgicis, qui pro protectione 3. ihrer freyen Erbhäuſer Landgraff Philippen zu Heſſen auffgetragen / und ſelbige von Ihm zu rechten manlehen empfangen haben. vid. Caſpar. Klock. *Tom* I. C. 17. *in facti ſpecie.*

§. 2. Ac in tantum conventum Advocato Salarium debetur, inquit Joh. Jacob Speidel. *in Sp. Var. Obſerv. voc.* Schutzgeldt. ut licet in bello pro Clientibus ſuſcepto ſuccumbat & vincatur, nihilominus hæc annua penſio præſtanda ſit. Simon. Piſtor. *Vol.* I. *Conſil.* 19. Quinimo honorarium hoc pendendum, etiamſi Centum aut pluribus annis protector nullum

Defen-

Defenſionis actum exhibuiſſet, ſi defenſionis neceſſitas aut caſus nunquam contigit, vel per eum non ſtetit quominus defenderet, qui ſcil. requiſitus non fuit per *l. qui operas.* 30. §. *advocatus &c.* 1. *ff. Locat.* Præterea ſi pactum inter Patronos & Clientes de præſtando honorario, ſolutio facienda eſt, etiamſi Clientes Patrono Advocatiam renunciâſſent. *Lancellot. d Attentat. p.* 2. C. 4. *n.* 4. ubi dicit: Lite ſuper aliqua annua præſtatione vel Cenſus ſolutione pendente, cenſum vel annuam præſtationem non poſſe deponi, ſequeſtrari vel arreſtari, ſed uſque ad litis deciſionem exſolvi debere. Quò facit in ſimili, quod exemptionis quæſtione pendente, poſſeſſor tamdiu ſolvere teneatur contributiones, donec aliud in petitorio decernatur. Klock. *d. Contrib.* C. 20. *n.* 268. *&* 269. Et quod lite pendente in petitorio ſuper nullitate vel reſciſſione contractûs, cogatur nihilominus ea quis præſtare ad quæ lege contractus tenetur; quia interim debet contractus hinc inde exequi & ſortiri effectum, uti determinat Carol. Molinæus. *in Conſu. Pariſiens* §. 52. *&c.* Accedit. Frider. Pruckman. *Conſil.* 17. *n.* 142. *vol.* 1. ubi protectioni ſi quis abſque cauſa renunciare & protectorem mutare velit, paratiſſimam protectori adverſus Clientes actionem eſſe reſpondit. *Huc uſque Speidel.*

Aphor. VI.

Fides ſeu fidelitas ſequitur eſſentiam feudi ut & Protectionis, non ſecus atque fides Conjugalis eſſentiale eſt Conjugij contracti.

De Conjugali ſeu maritali affectione & fidelitate nemo dubitat. Feudalem fidelitatem quod concernit; præſuppoſito Dominio ex parte Domini directo, ex parte Vaſalli utili, in re immobili, accedit obligatio ad præſtandam fidem. Et hæc abſolvunt feudi eſſentiam. Hinc ſi contractui feudali apponatur pactum quô Dominus fidem remittat Vaſallo, receditur ab eſſentiâ feudi. §. 1.

I. F. C. 2. aph. 6. n. 6. breviter: pactum hoc, utut contra eſſentiam
feudi ſit, ut ita contractus hic feudalis amplius eſſe nequeat, quia
tamen non continet manifeſtam iniquitatem, neque penitus con-
trariatur juribus, contractus hic transformatur, in aliud negotij
genus, v. gr. Contractum Emphytevticum, cenſualem, ſuperficia-
lem, Libellatium, &c. Ob cognationem quam hi cum feudo ha-
bent. Sed pactum hoc intelligendum eſt de remiſſione fidei to-
talis eorumque omnium, quæ Juramentum fidelitatis aliàs impor-
tat; pacto enim conveniri poteſt, ut quædam capitula eorum, quæ
in Juramento fidelitatis continentur, vaſallo remittantur, ea namq;
fidelitas non minus eſt fidelitas, ſcil. intenſivè atq; ea quæ omnia ob-
ſervat capitula; licet minor ſit fidelitas extenſivè. v. Schrad. *l. cit. n. 38.*
§. 2. Probè tamen obſervandum, ne confundatur fidelitas tanquā actus
primus, cum actu ſecundo operisq; fidelibus, hi namque eſſentiam
Contractus feudalis minimè ingrediuntur, non ſecus atque de Ju-
re Civili in emtione venditione, non precii numeratio; ſed con-
ventio perficit emtionem. *l. 2. §. 1. ff. d. Contr. emt. pr. Inſt. d. Emt. Vendit.*
ut enim Emtionis, venditionis contractus ſtatim eſt perfectus, ubi
de precio rei tradendæ vero, juſto ſeu æquivalente, & certo conve-
nerit; ita ſtatim eſt feudum, ubi vaſallus domino directo propter
conceſſionem rei, regulariter immobilis, fidē ſolenniter promiſit,
§. 3. licet forte mors vaſalli exercitium fidei impediat. Deinde non eſt
confundenda fidelitas cum ipſo Juramento Fidelitatis. Fidelitas eſt
feudi eſſentiale; Juramentum fidelitatis eſt ex numero eorum,
quæ feudi naturalia dicuntur. *2. f. 3. fin. 2. f. 24. §. 1.* (ubi fidelitas ex-
plicanda *per text. 2. f. 4.*) *2. f. 47. fin.* quæ licet regulariter feudis in-
ſint, tamen pro ratione commodi à Domino vel Vaſallo reſtringi,
extendi vel omitti poſſunt. *1. f. 14. §. 2. verb. niſi pactum fuerit &c. &
in fin. per pactum filiæ ſuccedunt &c. 2. f. 2 §. 2. verb. pactum ſpeciale contra
feudi conſuetudinem &c.* Hinc remitti poteſt Juramentum, & alio
modo fides promitti, *per text. alleg.* vid. Klock. *Tom. 1. Conſil. 17. n. 21. &
22.* ubi plures allegat, & ex *Baldo* ſubiicit: *Jure antiquo, quando Ju-
ſtinia-*

ſtinianus leges compoſuit, Juramenta fidelitatum cognita non erant, neque in Jure antiquo vocabulum hoc reperitur: poſteà verò crevit ſubditorum infidelitas, & Dominorum dira voracitas, unde ad ſervile nomen fidelitatis ventum eſt, & macula injecta libertati. Eſt enim Juramentum fidelitatis & fidelitas iſta quædam obedientiaria ſervitus, tamen ſine capitis diminutione, & introductum ob rebelles propter eorum frænum. vid. Schrader. *l. cit. n.* 26. 27. *ſeqq.*

De Fidelitate Clientelari, cùm ea plerumque ad certa capita reſtringatur, adeoque dependeat à voluntate contrahentium, plura dicere ſuperſedeo.

Aphor. V.

Jus Domini in Vaſallum & Protectoris in Clientem concordat quadantenus cum Jure Mariti in Uxorem.

Marito competit Jus aliquod ſeu facultas in Uxorem vel ratione perſonæ, unde in Muliere obſequium & reverentia cujus intuitu quoq; maritus beneficium competentiæ habet. *l.* 1. §. 7. *C. d. Rei Uxor. act.* Mulieres honore maritorum eriguntur, genere nobilitantur, ex eorum perſona forum ſtatuitur & domicilia mutantur. *l.* 13. *pr. C. d. Dignit.* De Jure Saxon. Maritus poſt Conſcenſionem thalami uxoris fit tutor. Carpz. *p.* 3. *C.* 25. *def.* 30. *n.* 5. Vel ratione bonorum, undè bona conſtante matrimonio acquiſita ad maritum ſpectant. *l.* 51. *ff. d. Donat. int. V. & Ux.* de Jure Saxon. Uſum fructum habet bonorum mulieris. *art.* 31. *lib.* 1. Landr. & alia jura. Dominus perſonam Vaſalli habet obligatam ad præſtandam fidem & ſervitia: *vid. Aphor.* 6. *In* feudo habet Dominium directum, & eo inſcio feudum non poteſt alienari: habet Jurisdictionem in Vaſallum, à quâ tamen differt Jus ſuperioritatis. Undè in Pacificatione Oſnabrugenſi. *Art.* 5. *n.* 14. Von der bloſſen Lehens oder Afferlehens qualitet, Sie kommen von Königreich Böhmen oder Churfürſten und Ständen des H. Röm. Reichs oder anders §. 1. §. 2.

protectionem, niſi ad certum tempus ſit contracta. *vid. Aphor. ult.* Jus protectionis verò nullam tribuit Idictionem aut Superioritatem. Klock. *T.* 1. *Conſ.* 8. *n.*167. *ſeqq. Conſ.* 12. *n.*32. *ſeqq.* Hinc neque alia regalia, v. gr. Collectæ, Religio, in protectoris ſunt poteſtate. vid. latius Beſold. *Theſaur. pract. verb:* Schutz. Meichſner. *Tom.* 2. *lib.* 1. *Deciſ. Cam. Imp.* 6. *n.* 134. Arumæus. *Diſc* 6. *ad Aur. Bull. ad* C. 15. *th.* 2. ſcilicet quatenus illi Clientes & hic Protector; quod ſi enim Clientes in Protectoris territorio bona habeant immobilia, eorumque ratione ſubditi ſint, meritò pro ijs collectas ſolvunt protectori. Klock. *T.* 1. *C.* 37. *n.* 281. *ſeqq. uſque* 293.. Ita ſi Civitas Imperii immediata ſeſe in Specialem Imperatoris & Imperij protectionem committat, concurrit cum protectione Jurisdictio. De Imperatoris Advocato Vicario, Käyſerlichen Erbvogt. vid. Klock. *l. cit.* Uſu tamen aut pacto Protector in ſimul Jurisdictionem habere poteſt. Wehner. *obſerv. pract. verb.* Vogthey. Beſold. *Th. pract. verb.* Schutz. §. Darbey aber dieſes nicht auß der Acht zu laſſen/daß etliche *Jura protectionis ex ſingulari pacto &c.* it. *part.* 6. *Conſil.* 300. *n.* 4. 8. 9. *&c.*

APHOR. VI.

Fidelem eſſe oſtenditur, vel per actus fidelitatis in genere, qui ex Eſſentiâ fidelitatis procedunt; vel per Servitia in ſpecie, quæ regulariter, niſi remittantur, feudo inſunt tanquam Naturalia; vel per Exercitium pactorum, de quibus ut accidentalibus expreſsè conventum.

Eſt

Eſt itaque fidelis 1. qui in actionibus ſuis (habito reſpectû ad Dominum vel mediatè vel immediatè) hæc ſex in memoriâ habet (1.) Incolume, & promovet Domini Incolumitatem, vel phyſicè; hic Dominum aſſiliendo vel aggrediendo 1. *f.* 5. vel in caſtro ſuo vel alieno oppugnando & impias manûs ingerendo. 2. *f.* 24. *§.2. verſ. porrò &c.* Vaſallus feudum perdit. Vel Moraliter; Hinc ſi Vaſallus Dominum à morte liberare potuerit & non fecerit. 1. *f.* 21. *§. fin.* 2. *f.* 39. Vel cum Domini hoſte in ipſius perniciem fœdus contraxerit *argument.* 2. *f.* 57. Vel ſciverit contra Dominum aſſaltum, mortem vel Captionem, & Dominum de eo non certioraverit, vel Dominum in acie periclitatem dimiſerit. 2. *f.* 24. §. 2. *pr.* 1. *f.* 21. *fin.* Ut in fidelis feudum perdit. (2.) Tutum, Ne ſit ei in damno de ſecreto ſuo; ſi credentiam ad ipſius damnum ſcienter manifeſtaverit. 1. *f.* 17. vel de munitionibus ſuis, id quod variis modis contingere poteſt. vid. Schrad. *d. Feud. p. 6. c. 6. n 99.* (3) Honeſtum, Ne ſit ei in damno de ſuâ Juſtitiâ, ſi v. gr. fortè Vaſallus Judex Domini eligeretur & Juſtitiam Domini impediret. Schrad. *ibid.* Roſenthal. *C. 10. concl. 24. n. 5.* Vel ſi adverſarii patrocinium advocando ſuſciperet contra Dominum. Neque ei in damno ſit de aliis cauſis, quæ ad eius honeſtatem ſpectant. Hinc neque criminis licet accuſare Dominum, excepto crimine perduellionis & læſæ Majeſtatis, neque teſtimonium contra eum dicere, niſi à Judice cogatur. 2. *f.* 33. *verſ. 3. Similiter &c. vid. ad h. text. Struvij Syntagm. Jur. feud. Cap.* 11. *Aph.* 3. *n.* 3. 4. & 5. Neque exigere Juramentum calumniæ. *ibid.* Dn. Carpz. *p.* 1. *C.* 29. *Def.* 27. excipit Iniuriam, ſi vaſallus arreſtet bona Domini. (4) Utile. (5) Facile (6) poſſibile. quæ omnia per ſe patent. Et omnes Caſus ſpecialiores ſub his generalibus comprehenduntur. An vero in praxi hæc ita ſemper adeò obſerventur, aliis relinquo. Et hæc de fideli in genere. §. 1.

Specialiter (2) fidelis eſt, qui præſtat ſervitia quibus adſtrictus, vel per regularem feudi naturam, vel per certa pacta adjecta, ita ut nonnunquam pro modo conventionis Servitia ſint vel definita, vel indefinita, nonnunquam recenſeantur in Juramento fidelitatis, nonnunquam tacitè ſub communi Jurandi formulâ comprehendantur. vid. latius. Struv. *cit. l. aph.* 5. *ſeqq.* ubi etiam de ſervitiis auctis pro ratione aucti feudi. Et elegant. Tract. Rochlii *d. Servitut.* §. 2.

mobili conſtituendum; ſed eſſentiam conſequente, ponatur etiam fidelitas; non verò poſitâ fidelitate ſtatim ponatur eſſentia. Conſideratur enim fidelitas vel Abſtractivè vel concretivè. Abſtractivè & in genere conſiderata eſt eſſentiale conſequens feudi, & eâ Dominus feudi nonnunquam eſt contentus, v. gr. in feudo franco, ubi nulla ſervitia fidelia ſunt præſtanda. Nonnunquam verò Dominus præciſè urget ſervitia, ut Naturalia, & pacto quædam determinat ut accidentalia, & vaſallus in juramento fidelitatis non tantùm jurat in genere, Getrew/ Hold und Gewertig zu ſeyn/ Schaden zu warnen &c. ſed & ſpecialiter ſe fidelem fore in ſervitiis præſtandis & pacto obſervando, & tunc ea fidelitas, quæ ſeparativè ſervitiis & pactis ineſt, comprehenditur ſub fidelitate, quæ eſſentiam ſpectat, non verò ipſa eſt eſſentia. Ea namque conſiſtere poteſt in fidelitate ſimplici & abſtractiva, v. gr. in feudo franco, etiamſi nulla ſervitia adſint & pacta, neque adſit fidelitas, ſcil. horum occaſione præſtanda. Hinc decidi poteſt quæſtio: An is qui peccat in Naturalibus & accidentalibus feudi, etiam peccet contra eſſentiam feudi? Reſp. Neg. licet peccet contra promiſſam fidelitatem. Sed dicis: qui peccat in Naturalibus & accidentalibus feudi, feudo privari poteſt. Reſp. Negatur adhuc conſequentia.

Aphor. VIII.

Fides hæc eſt reciproca, Dominum quoque Feudi & Protectorem ſtringens.

§. 1. Sicut Conjugii finis eſt, & forma mutuum adjutorium & reciproca maritalis affectio, ita quoque non tantùm vaſallus, ut hactenus dixi, ad fidelitatem eſt adſtrictus, ſed & *Dominus quoq; in his omnibus* (ſcil. in 6. illis ſuperioribus, Incolumi, tuto &c.) *fideli ſuo vicem reddere debet, quod ſi non fecerit meritò cenſebitur malefidus*, 2.f.6.

No-

Notanter hic Dominus dicitur Malefidus, vaſallus perfidus & perjurus. Vaſallus enim remiſſo nonnunquam Juramento nihilominus ad omnia in Juramento contenta eſt obſtrictus vid. *aph.* 4. *in fin.* contra quæ ſi venerit, perfidus dicitur. Sin Juramentum præſtiterit, eô fracto perjurus dicitur. Dominus tantùm dicitur malefidus, non perjurus, quia nunquam is Juramento adſtringitur, ſed eſt tacita conventionis & fidelitatis vis ipſum quæ obligat, parili modo ac vaſallus remiſſo Juramento obligatus manet. Diſtinguendum autem eſſe arbitror: an Dominus agat quid contra vaſallum ſine culpa vel crimine v. gr. feudum abſque conſenſu vaſalli alienando; an verò culpam & crimen in vaſallum committat. Priori modo Malefidus non dicitur; hinc neque feudum eo caſu perdit, ſed tantum irrita eſt alienatio. Roſenth. *Cap.* 9. *C.*162. *n.*11. poſteriori verò ita dicitur 2. *f.* 6. *&* 2. *f.* 26. §. *Domino committente &c.* & feudo privatur. Eſt quoque in Protectione fides Clientelaris reciproca. Hinc Protectoris Clientumque conventio, vel expreſsè reſpicit & deſiderat promiſſa alterius; vel etiam alterâ parte expreſsè non promittente correſpectivè facta cenſetur ad alterius auxilium, quod hoc pacto non poteſt non eſſe mutuum & reciprocum Klock. *Tom.* 1. *c.* 37. *n.* 102. *ſeqq.* Hinc Comites quondam Holſato-Schaumburgenſes, qui, ut Protectionem Philippi Landgrafii Haſſiæ ſibi conciliarent, tria præcipua ſua Caſtra allodialia in feudum converterant, & à Philippo hactenus recognoverant, negatâ poſtea à Philippo protectione & auxilio, nec caſtra ſua ulterius ab eo recognovêre.. Klock. *Tom.* 1. *C.* 17. *in facti Specie.* Beſold. *Differt. d. Patrocinio & Client. th.* 48. Admitti quoque videtur eadem ſupra data Diſtinctio: An Protector agat quid contra Clientes ſine culpâ, v. gr. Jus protectionis in alium inſcus & invitis Clientibus transferendo, quo Caſu Clientes contradicere poſſunt, ut irrita ſit hæc alienatio. Klock. *T.* 1. *C.* 37. *n.* 140. An verò crimen & culpam in eos committat, aut ſæviſſimè eos tractando, aut fidem frangendo, quo caſu & protector malefidus dici ſuoque Jure privari poteſt. per ea quæ tradit Klock. *l. cit. n.* 102. §. 2.

C APHOR.

uti ſolvitur per Adulterium, deſertionem malitioſam & impotentiam externam antecedentem ignoratam; ita feudum & protectio finitur per Feloniam, adulteratam fidem, malitioſam deſertionem & impotentiam defendendi. Niſi hæc ſibi invicem vel expreſsè vel tacitè remittant.

§. 1. Et felonia quidem, ſicut non tantùm in Dominum immediatè committitur, juxt. *aphor. 6.* ſed & mediatè; ita quoque feudum perdit vaſallus, ſi cucurbitaverit uxorem Domini, vel concubuerit, vel cõcumbere ſe exercuerit, id eſt, ſollicitaverit. *1. f. 5.* Adulteratur quoque fides per attentata malitioſa, quæ vinculum reciprocæ affectionis rumpunt. Ubi non immeritò quæritur: An conatus infidelis ſine effectu, ſcil. quod Vaſallus propoſitum ſuum non traduxerit in actum, mereatur privationem feudi? Diſtingvo inter conatum latentem in animo & prodeuntem, & iterum vel ad actum remotum vel proximum. Prior non meretur privationem, nec poſterior (niſi graves concurrant circumſtantiæ) ſed tertius. per ea quæ habet Matth. Steph. *ad Conſt. Crimin. Carol. V. art.* 178. Sed quid ſi propoſitum in actum traduxerit, ſed tamen Domino nullum exindè ortum ſit damnum? Reſp. Feudo omninò eſt privandus. vid. Matth. d. Afflict. *ad Cap. ſi capitanei. 1. f. 17. n.* 22. Schrader. *p. 9. C. 5. n. 50.* Borchold *d. feud. c. 3. n.* 126. Adulteratur fides per malitioſam deſertionem, ſi Vaſallus Dominum in acie periclitantem fugerit. *2. f.* 24. §. *2. pr.* Ita quoque vitium, quo quis incapax feudi redditur, feudum (niſi vel tacita vel expreſſa remiſſio accedat. vid. Struv. *Synt. feud. C. 15. th.* 12.) ſolvit. Eſtque vel antecedens, Hinc ſi Dominus quem inveſtiret Clericum, quem putavit laicum,

cum, quia ignoravit ſtatum perſonæ, feudum revocari poſſe Dd. ſtatuunt per text. 2. *f.* 3. §. *perſonam &c.* Schrader. *p.* 4. *Concl.* 3. *n.* 7. Nec obſtat quod, ſecundum veriorem ſententiam, Clericis feudum concedi poſſit, ſi ſcil. hoc velit expreſsè Dominus, qui Clerico feudum concedens perindè ut alijs (ſecundum quid) inhabilibus perſonis permittere videtur, ut per ſubſtitutos ſervitia exhibeant, Chriſtin. *Vol. ult. Deciſ.* 9. *n.* 13. Non ſecus atque is, qui defloratam ſciens ſibi uxorem ducit, Juri ſuo renunciat, ſecus ſi ignorans; quo caſu reſcindi poteſt conjugium. Sed quia inter Dominum & vaſallum non eſt adeò ſanctum & indiſſolubile vinculum, atque in conjugio, neque omnis fortunæ communicatio, hinc etiam, ſecus atque in conjugio, inhabilitas quædam ſuperveniens, v. gr. ingreſſus in Monaſterium feudum ſolvit. 2. *feud.* 21. 2. *feud.* 26. §. *qui clericus.* 2. *f.* 30. Rationem vid. in Struv. *Synt. Feud.* C. 9. *th.* 9. ubi quoque de Equitibus Hieroſolymitanis, Rhodienſibus, Teutonicis &c. Vid. Berlich. *p.* 3. *Concl.* 39. ubi de conſuetudine hodiernâ contrariâ. Id, quod Dd. communiter ſtatuunt, vaſallum qui feudi partem deterioravit, parte quoque ſolâ, non toto feudo privari, Schrader. *p.* 9. *C.* 6. *n.* 70. non incongruè videtur applicari poſſe, ad ſeparationem conjugum tantùm quoad thorum & menſam, quia Conjuges ita irreconciliabiles ipſum quidem conjugium deteriorare & pervertere, benedictionem verò ſacerdotalem non poſſunt. §. 2.

Quoad Protectionem, Clientes qui ſemel ſe ſubmiſére alicujus protectioni, eo iure protectorem privare nequeunt. Reſold. *Diſſert. d. Jur. Fœder.* C. 5. *n.* 15. Exempli loco adducit Civitatem Imperialem Wezlar, quæ à Principe Haſſiæ, Protectore, ſeceſſionem aliquandò, ſed fruſtra, tentavit. Sed ſi protectores requiſiti in extremis non ſuccurrant, ſed malitiosè Clientes deſerant, non immeritò Clientes iterum à pactis recedunt. vid. ſupr. *Aph.* 7. Ob ſummam quoque Impotentiam defendendi clientelare fœdus tolli, Dd. ſtatuunt, ob rationem non incongruam, quia Clientes eâ intentione & ſub hoc modo, ut velint defendi, ſeſe alterius protectioni ſubmittunt, jàm ceſſante ratione Diſpoſitionis inductivâ ceſſat ipſa diſpoſitio. §. 3.

PLacet hic ſubijcere: (1.) An ſubditi ſe poſſint in extranei aut alterius protectionem tradere, invito legitimo ſuo ſuperiore? N. Et quidem protectio quæritur vel in præjudicium ipſius Domini ſuperioris, vel ſimpliciter aut contra animum? De priori minus eſt dubium ſubditos contra bonum Principem protectionem ſuſpectam & præjudicantem quærere non poſſe: quoad poſterius admittunt quidam eam protectionem, ex ea præcipue ratione quod per eam ordinariæ Juriſdictioni nihil decedat. vid. Hieron. Schurff. *Cent.* 3. *Conſil.* 21. Zach. Victor. *d. Cauſ. Exemt. Imper. Concluſ.* 20. Sed Reſp. etiamſi regulariter, directò & per ſe, ordinariæ Juriſdictioni nihil decedat per protectionem hanc, quia tamen hæc extra ordinem per indirectum & per accidens eam ſatis affligere poteſt, rectius non eſt concedenda. vid. Aur. Bull. *C.*15. verb. *prætextu parentelæ &c.* & *C.*16. ibiq; Dn. Arumæum ad h. l. Diſc. 6. Petr. Frid. Mindan. *l.* 2. *d. Mand. C.*14. ubi *n.*4. *in fin.* deſiderat cauſæ cognitionẽ, & ut proximè ſuperior eligatur Protector, Sylman. *T.*1. *p.*1. *Symphor. Tit.*2. *n.*144. Limitant vulgò: ſi Dominus ordinarius ſit nimium impotens defendendi, it: ſi ſubditi per longum uſum vel præſcriptionem jus hoc acquiſiverint. (2) An expediat ſeſe ſubmittere Protectioni Potentioris? Reſp. Non niſi in caſu ſummæ Neceſſitatis; & tunc quoque cautè eſſe procedendum, cùm Schutz & Schirmherrn nonnunquam fiant

Schuß-

Schuß- & Sturmherrn. *Etiam plumæ aliarum avium, aquilinis nimium vicinæ ſuperſtites ſunt; hæ ſiquidem corrodunt illas ac deſtruunt, ob ſuperſtitem in ijs antipathiam naturalem, quæ eſt inter Aquilam & volucres reliquas; Ita protectio in tyrannidem denique vertitur: Nec leges veretur potentia major, nec auctoritatem ambitio: Quod fidei & tutelæ ipſius commiſſum fuit, titulo defenſionis naturalis poſtea ut ſuum detinet.* it. *Amicitiæ, & protectionis obtentu invehitur ambitio, & facile obtinetur, quod viribus non poterat effici.* it: *Provincia ipſa Principis potentioris ſuppetias ferentis amore capitur; exiſtimantibus nimirum ſubditis ſub ejus dominatu ſe magis ſecuros fore magisq; felices &c. Nobiles præterea majori honori ſibi ducunt, ſi illuſtriori ſerviant Domino, à quo ipſi honorentur; & qui plura habeat munera, quæ diſpertire poſſit.* it. *Periculum illud advocandi auxiliares copias tunc magis eſt metuendum, quando Princeps* (protector) *ad ſtatum illum jus aliquod habet vel obtendit ſaltem, aut ſi eundem ſibi ſubjicere magni ſit emolumenti &c.* it. *Timores iſti neceſſitate metiendi ſunt, conſideratis conditione & moribus Principis; nam ſi ſincero & generoſo fuerit animo, plus apud ipſum valebit fides publica & exiſtimatio, quàm ſpes commodi & rationes ſtatus.* Didac. Saavedr. *Symb. polit.* 92. *Nec adhorrebat moribus uxor Tullia* (Tarquinij ſuperbi) *quæ ut Virum Regem ſalutaret, ſuper cruentum Patrem vecta carpento, conſternatos equos egit.* Flor. *l.* 1. *c.* 7. Sapienti ſat!

SOLI DEO GLORIA.

CHRISTIANUM FRIDERICUM REICHHELM,

HALA-SAXONEM,

pro ſummis in U. J. Doctoralibus honoribus
ſolemniter diſputantem
amicum meum.

Jam luſtra præterlapſa ſupra quatuor
ubi Tuo, Reichhelme clare! *patruo*
ſum gratulatus, diſputanti gnaviter
pro honoribus Doctoriis: imò ipſe ego
Doctorem Eum juris creavi publicè.
ſi nunc & ille contigerit honor mihi,
in Temet, *Eius æmulo, non ponere*
nequeo, mea in felicitatis partibus,
ne præſtitiſſe hæc officia amicis meis.
Tibi interim, ut ſpecimen Dÿ faventia,
quod præſtiturus es, ſecundent; apprecor!

gratulab. ſcribeb.
Joh. Rebhan, D. Com. P. Cæſ. Coll. Jurid.
Decanus. Senior, P. Ord.

RES mira! Fœdus conjugale, Feudiſtâ docente, Dominus & Clientulus jungunt. Horrenda ſpecies! Monſtruoſa mixtura! ſi non reſolvat dexter Oedipus ſphingem

hancce

hancce peregrinam. Fecit arte præclarâ *Reichelmiani* vis acuminis: fecit ſibique Themidos præparavit applauſum, meritam volenti lauream paraturæ.

Amicitiæ teſtandæ
ergò
Nobiliſſ. & Præcellenti
Dn. Candidato
poſ.
Gerardus von Stöffen/ U. J. D.
& Inſtit. imperial. P. P.

1.

CLeopatra, die nun aus eig'ner Liſt
und Luſt beſiegt/ Auguſti Scepter küßt/
giebt Gold und Schatz/ der Väter Reichs-gewin
in Liebes Sucht/ dem groſſen Römer hin.

2.

Jedoch behält Sie etwas ſich bevor;
die Mañ und Reich und bald den Geiſt verlohr;
daß ein Geſchenck/ von ihren Guth entlehnt/
Octavien, und Livien verſöhnt; *

* *vid. Plutarch. in Anton.*

3.

Es iſt der Saal und Pleiſſen wohl bekandt
wem Er das Gold der Sinne zugewandt:
doch/ ſchöne Liſt! itzt muß der groſſe Rhein/
Ich wüntſche Glück! des Goldes Stempel ſein.

Curd von Einſidel.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE